



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

8. An absente Episcopo & reliquis sacerdotibus liceat peste infecto
aduocare aliunde sacerdotem aliquem excommunicatum vel suspensum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

terunt licite ministrare.

Respondet Innocentius Primus his verbis. *Superfluum est, ut de Episcopo ambigatur, quid Presbyteris liceat indubium est: nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi aliis occupationibus impediti ad omnes languidos ire non possunt. Caterum si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedixere & ungeri chrysmate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chryisma conficere. Et nota, quod sub nomine chrysmatis oleum sanctum infirmorum comprehenditur, cuius benedictio ad Episcopum pertinet.*

*a Inno. I. ep.
2. ad Decen.
capit. 8.*

QVÆSTIO VIII.

An absente Episcopo & reliquis Sacerdotibus indigenis liceat peste infecto aduocare alium de Sacerdotem aliquem excommunicatum vel suspensum?

Quæstionis explicatio.

Superioribus capitibus ostendimus, licere propter aliorum sacramentorum necessitatē: cum autem istud sacramentū non sit ordinarie tantæ necessitatis merito queri potest, an absentibus Sacerdotibus & ministris indigenis licebit peste infectis alium

aliunde etiam excommunicatum vel suspensum aduocare, qui hoc sacramentum ministret?

Responsio.

*Vide Zuar.
in 3. D. Thö.
de sacr. disp.
44. sect. 2 §.
Dubitari e-
nim.*

Aliqui putant licere, quia non est verisimile, Ecclesiam hoc voluisse prohibere cum tanto periculo infirmorum. Alii putant non licere, quia videmus Ecclesiam non permittere ordinarie dare vel accipere hoc sacramentum tempore interdicti, verisimile ergo videri, non permittere administrationem excommunicato vel suspensio nominatim declarato, vel notorio Clerici percussore: Ratio eorum est, quia si excommunicatus sit, priuatus est omnibus actibus iurisdictionis & ordinis: si vero sit suspensus, saltem caret usu iurisdictionis, & ideo non potest hoc ministerium exercere. Verum vtraque sententia conciliari posse videtur, distinctione iam aliquoties insinuata: iam enim peste laborans est in extrema necessitate, nec potest aliud sacramentum accipere, vel non est. Si primum, non solum ager poterit, sed etiam tenebitur aduocare, quia non est verisimile, Ecclesiam ad talem casum extremæ necessitatis respicere quando aliquem excommunicat vel suspendit. Si alterum, non poterit, quia licet

licet agroti sint semper in aliqua necessitate spirituali, non tamen tanta, ut propter illam cessare debeat vigor ecclesiasticae disciplinae.

Dices: Quid si ipse pastor sit excommunicatus, poteritne ipse ministrare, vel tenebitur alium si possit substituere?

R. Si alium potest substituere, tenetur; si non potest substituere, & propter instans mortis periculum Superiorem pro absolutione adire; ministrabit, vel non ministrabit iuxta distinctionem iam dictam.

Dices 2. Dare licentiam ministrandi sacramenta, est actus iurisdictionis secundum probabiliorem sententiam: ergo pastor excommunicatus non poterit alteri dare licentiam.

R. Verum est per se loquendo, tamen ex accidenti propter necessitatem infirmi, ne sine hoc sacramento moriatur, probabilius est, posse id facere, quia tunc dare licentiam, non est tam agere quam permittere, ut alter ministret, quando necessitas cogit, cum non sit alius habens potestatem sine legitimo impedimento.

QVA